

territorio Motinensi pago Persiceta intra fines fluvii Fusculi et limitis Malmenaci, quod videlicet . . . Petrus dux Ravenas optulit Casinensi cenobio temporibus Angelarii abbatis | cum tota eadem curte et altera cui nomen Greniano et curte Monterioni cum iuribus et molendinis duorum fluviorum, idest Fusculi et Galico. | monasterium autem sancte Marie in Laurentiatico est ultra fluvio Gallico. | Postea non longe | monasterium sancti Domnini in curte Argele una cum Silva alta et Silva maiore, et tota piscaria que dicitur Caucenno usque in fluvium Gambacene et usque in Rosalese | usque curte Ragogusola . . . deinde subtus strata monasterium sancti Vitalis cum tota Curte Calderaria | prope castrum Sala | . . . monasterio sancti Iohannis in curte Frasenetula, cum tota curte eadem, usque ad stratam petrosam, prope Castrum Cedula situm. Item monasterium sancti Martini iuxta stratam petrosam in Casali Marciano cum tota ipsa curte prope Castrum Unciola cum omnibus domnicata et colonicatu. Et monasterium sancti Salvatoris in Ponte longo cum tota eadem curte.

concesserant. De monasterio sancti Benedicti in Persiceta, territorio Mutinensi, intra fines fluvii Fusculi et limitis Malmeniliaci, quod videlicet Petrus dux civitatis Ravenae beato Benedicto sub abbate Angelario optulerat, cum tota curte Persiceta, et curte de Greniano, et curte de Monterione, cum molendinis duorum fluviorum, idest Fusculi et Gallici. Deinde monasterium sanctae Mariae in Laurentiatico ultra fluvium Gallicum, inde non longe est monasterium sancti Dompnini in curte Argellae, una cum silva alta et silva maiore, et tota piscaria quae dicitur Caucenna, usque in fluvium Gambacane, et usque in Rosalese, et usque in curtem Ragogusola. Deinde subtus viam publicam monasterium sancti Vitalis cum tota curte Calderaria prope castrum Sala. Monasterium sancti Iohannis in Frassenetula cum tota curte ipsa, usque ad stratam Petrosam sitam prope castrum Cedula. Monasterium sancti Martini iuxta stratam Petrosam in casali Marciano cum tota ipsa curte prope castrum Unciola et omnia dompnicalia. Monasterium sancti Salvatoris in Pontelongu cum tota eadem curte per comi-